





*Folio 5*  
*Pra. 32 num. 25.*

I. N. D. N. I. C.

*1705, 6<sup>a</sup>*

*20*

**DISPUTATIO JURIDICA  
CIRCULARIS  
DE  
PULMONE IN-  
FANTIS NATAN-  
TE VEL SUBMER-  
GENTE**

*404*  
SACROSANCTA TRIADE FAVENTE,  
ILLUSTRI JCTORUM ORDINE CONSENTIENTE,  
IN CELEBERRIMO AD VARNUM ROSETO,  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI CONSULTISSIMI AIG EXCELLENTISSIMI

**DN. JOHANNIS JOACH.  
SCHOEPFFERI,**

J.U.D. PROF. PUBL. FAMIGERATISSIMI, COMIT. PALAT. CÆSAR.  
ET CONSIST. DUC. CONSILIARIUS GRAVISSIMI,  
DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS, STUDIORUM<sup>q</sup> PRO-  
MOTORIS ÆTERNUM COLENDI, OBSERVANDI

*D. APRIL. MDCCV.*

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SISTIT  
AB INCLUTA HAC ACADEMIA ABITURIENS

**JOHANNES JOACHIMUS** *Sörde*  
WISMARIENSIS.



Rostochi, Typis Joh. Weppelingi, SER. PRINC. & Acad. Typogr.

*Nov. Druckerei*

25. nov. 18. 18.

ДОКУМЕНТЫ  
ИСТОРИЧЕСКОГО  
МАТЕРИАЛА

# КНИГИ

МАГИСТРАЛЬНЫЕ  
И СПЕЦИАЛЬНЫЕ

СТАНДАРТНЫЕ  
И ПОДСТАНДАРТНЫЕ

СТАНДАРТЫ  
И ПОДСТАНДАРТЫ



1305

## PRÆFAMEN.



le Lunæ, qvi erat decimus Caledarum Aprilis, currentis hujus anni 1705. foemina improbissima MARIAE HUÆREN infanticidii accusatae, infans, inspectioni, & Experimentissimi cuiusdam Medici, & Chirurgi in arte sua probè versati, committebatur. Et cum inter alia & pulmones aquæ tepidæ immitterentur, varius ram Jutorum quām Medicorum circa hoc signum pēcipiebam discursus. Observabam in primis doctum præsentis Medici consilium Excell. scil. GEORGII DE THARDINGII, D. Med. & Mathem. Super. P. P. in hac Alma celeberrimi, qvod dum Protocollo inserebatur, ex eo extractum. Lectori Benevoli communico. Die Eunge hat man heraus genommen/ und sie so woll ganz mit den Herzen annoch verbunden/ als auch stückweis in einer Regel voll lauliches Wasser geworffen/ aber die beyden mahlen erfahren/ daß selbige oben geschwummen. Worauf denn erhillest/ daß/ da die Eunge als ein schwammiches Wesen/ so bald sie lußt empfänger von einander gedehnet/ und porös wird/ alsdem diesen Esse & hat/ wenn sie auss ein Wasser geworffen wird/ oben zu schwimmen/ daß auch dieses Kind lußt geschöpfer/ und vermutlich lebendig zu der Welt gebracht worden. Hic varius discursus, lata mente perceptus, & mihi ansam præbuit, accuratori diligentia inqvirendi, quid de pulmonibus infantis natantibus, vel submergentibus sentiendum. Evolvi atque revolvi Medicos, ast inveni, ab antiquioribus, qvi Qvæstiones Medico-Legales vel Medico-Forenles scriperunt, hanc materiam, ex profello non fuisse tractatam, ut ex PARÆI, FIDELIS, CONDRONCHII, ZACHIA & WELSCHII scriptis, tradit celeberrimus BOHNUS

A 3

in

in Trab. de Offic. Medic. dupl. Part. 3, Cap. 6, fol. 662. qvi 1704. in  
4to typis publicis exscriptus est. Ex cuius scriptis, jam antea, per  
modum Disputationis vulgatis, desumpit sua D. Schuchm. in Epb-  
merid. Germaniae Deed. 3. Anni 1. Observ. 104. fol. 166. Evolvi  
atq; revolvit & Jctos, sed & hic adeo felicem me esse non contigit,  
ut qvæltionem hanc specialiter excusam invenerim. Attamen  
non deterruit me Jctorum de hac materia silentium, qvin potius  
tentavi, qvid in rariori hoc casu, humeri ferre possent, qvidve  
ferre recusarent. Evidem materia hæc, primo intuitu, Physicam  
vel Medicam faciem præ se terre videtur, adeoq; virtutipolyprac-  
mosynes accusari possem, juxta illud Funcii capite plexi:

*Disce meo Exemplo mandato munere fungis.*

*Et fuge eeu possem tlu πελνπεγμοσιν.*

Verum Jurisprudentia nostra tam amplum haber objectum, ue  
divinas pariter atque humanas res, omniaq; negotia & facta hu  
mana, qvatenus qvæstio Juris de ijs formari potest, complectatur.  
Ethæc causa est, cur Facultas Juridica modò cum Theologica,  
modò cum Medica, de casu obveniente conferre jubeatur; Inter  
tres enim illas Facultates superiores sive datur confortium,  
qvibus omnibus simul inservit Facultas Philosophica. Nec  
est, qvod objicias casum tamen hunc rariorem esse, in quo  
non desudandum. Respondeo enim, me non alienum esse à  
dicto Epicteti Philosophi qvondam Hieropolitan: *Es hoc polo,*  
*qvod in futurum usui esse possit, addiscere;* Sed quotidiana illa in  
quotidianis tracto collegiis, rariora verò non penitus despicio,  
sed ijs qvandoq; delector. Id fateor mutare animum ferè  
potuerit, qvod nullum hactenus Jctum reperire mihi licuerit,  
cujus manuductione uti potuissim; Excellentissimi tamen Præ  
sidis benevolentia, convenienti facilitas, & dubiorum oblatorum  
prompta & indefessa resolutio, qvam publice hic depraedico,  
proposito calcar addiderunt. A Te B. L. tantò tamen facilius  
gratiam mei impetraturum esse confido, si in qvæstione tam  
ardua, omnia acu non tetigerim. Tu verò Deus ter Optime  
terque Maxime mihi afflste clementissime almâ divini  
Spiritus tui gratia, ac labore hunc meum juvenilem, in Sancto  
tuo Nominе cœptum coelitus bea, ut omnia competenter ge  
rantur & qvæ inchoata sunt, bono exitu peragantur.

CAP. I.

# CAP. I.

1309

CONTINENS SENTENTIAS MEDICORUM  
DE PULMONE INFANTIS NATANTE  
ET SUBMERGENTE.

## S U M M A R I A .

<b>S</b> i dubium occurrat, an partus	Cujus rasio adducitur n. 28
<b>S</b> inquisitio vivus, an mortuus editus, Medicorum sequendum Judicium.	Ex Pulmonibus submargentibus probari non posse: infantern esse mortuum, docet Dn. Bobn. n. 29.
<b>E</b> x Pulmonibus natantibus vel submargentibus certam pro- bam insitui posse, docuit Ettmüller.	Cujus sententiam approbat Fa. cultas Medica Wittebergenfis n. 30. 31.
<b>C</b> onsentit Facultas Medica Gie- ssensis	Et Facultas Medica Tübingerfis n. 32.
& Carolus Reyger.	Eiusq; Professor Dn. Zeller n. 33.
<b>H</b> ujus sententia Ratio, n. 7. § 8	Concienciu Medici Gieffenses n. 34.
<b>C</b> onsentit Stalpartius n. 9. 10.	Ee Marburgenses n. 35.
<b>E</b> t Dn. Loffbagen in Responso n. 11. seqq.	Ratio adducitur n. 36. seqq.
<b>S</b> i pulmo fundum petat, in infantem en utero mortuum esse, probare conatur Dn. Schreyer & Facul- tas Medica Franckofure. n. 25.	Jmo Tübingerfis & Gieffenses & Marburgenses putant, respi- rationem fieri posse, licet pul- mo fundum petat n. 40. seqq.
<b>L</b> icet pulmo pueridinem contra- xerit Dn. Rivinus & Lange n. 26. 27.	Cui Schroeckij subiectum scbolion n. 42.
	Aliud recentissimum adducitur exemplum. n. 43.

**D**ubio occurrente: an partus inquisitæ tuerit 1  
vitalis, an vero in utero extinctus, & mortuus ex-  
clusus? Medicorum sequendum esse judicium,  
docet Glaslen ad Const. Crim. Art. 131. fol. 478. §.  
Deinde. Cujus sententia usu fori recepta, qvia  
de quæstione proposita, ut plurimum consuli solent Medici,  
antequam Jcti certam ferant sententiam vid. Mich. Bernhard.  
2

## 6 CAP. I. CONTINENS SENTENT. MEDICORI

Valentini Pandellias medic. legal. part. 2. sect. 7. per tot. Merito ergo hanc methodum & ego sequor, ut Cap. I. Medicorum per quiram sententias, in seq. vero cap. juris considerem effectum, qui ex medicorum iudicio sequitur.

3 Sensibilem esse pulmonis infantis vivi & in utero mortui differentiam tradidit Michael Ettmüller Medic. & Prof. quondam Lipsiensis, celeberrimus, in oper. medic. in synops. in his Medic. in physiol. §. 149. Ex cuius mente, proba potest institui: an foetus natus sit vivus, an vero natus sit mortuus Ettmüller in In his Medic. physiol. cap. 25. si enim infans natus sit vivus, pulmo infantis supernat aquæ, si mortuus sit in utero matris, pulmo aquæ injectus fundum petet. Item d. 4. Eandem sententiam integrum colleg. medic. Giessense d. 15. April. anno 1692. sua approbatione confirmavit in verbis seq. Ceterum hic retinere non possumus, quod, cum pulmones ita comparati fuerint, ut aquæ injecti, fundum petere noluerint, sed nunquam non emergerint, infallibile hoc argumentum suppeditat, sciam viventem in lucem editum fuisse. Simile iudicium tulit Carol. Reyger. in Ephemer. Germ. Nat. curios. ann. 6. 157. Obs. 202. in fin. fol. 297. ibid. Argumentum credo indubitatum, ad convincendas infanticias, & indagandam veritatem, an infans in utero mortuus, vel demum post partum quocunq; modo strangulatus vel occisus. Qvorum 7 sententiam ipsa ocularis juvat inspectio, qvâ probatione nulla datur melior, si enim pulmo hominis quondam vivi, vel bestie quondam viuentis aquæ, in sufficienti quantitate sunt, injiciatur, supernatabit, si vero idem pulmo antea injiciatur pneumatica, ejusque beneficio, omnis aer ex pulmone extraheatur, & postea eidem aquæ quantitatib; injiciatur, continuo fundum petet. Si v. eidem pulmoni submergenti denuo aer inspiretur, idem que iterata vice, aquæ committatur, mox iterum supernatabit, pars enim aeris inspirati adeo tenaciter inheret vesiculis pulmonis, ut nec comprimendo, nec pedibus pulmonem contendo omnem expellere valeas acrius. Eandem foyet sententiam celeberr. Stalpartius qui in Observ. varior. medie. anot. Centur. poster. part. prior. Obs. 324. fol. 353. scribit: Hinc fit, ut iudicet rationem a medicis petant; animater fortum interfice-

tit,

DE PULM. INFANT. NATANTE VEL SUBMERG.

rit, an vero mortuus ille prodierit? enim ille intrat uterum obierit,  
fundum aqua petent pulmones, quia bronchia, ac pulmonum cellulae  
aqua repleta pulmones reddunt graviores, ita ut supernatares  
nequeant, verum si vel per momentum tancum respiraverit foetus  
posteaque a matre interficiatur, pulmones ne cuiquam fundum pene-  
tent, sed semper supernata abunt, quia aer, qui cellulas dilatat, ita ex  
illis expelli nequit, quin semper non nibil remaneat, unde pulmones  
leviores redundunt, si ab aqua deprimi nequeant; nec quicquid tandem  
seceris, aer omnis, ex arterie aperaramis lobisve pulmonum expel-  
letur, illosve tam arctos, ut quidem ante, reddi permitter. Majoris  
illustrationis causa subjicio integrum responsum medicum quod  
Mens. Febr. b. a. 1705, ad Facultatem juridicam Rostoch. trans-  
missum, & ab excell. Da. Praefide mihi communicatum est;

Auff geschehener ordentl. requisiition des Hn. Stellers bin  
ich den 22. Jun. a. c. nach Johann Jacobs Hause in Kirchspiel 12  
Petersburg gefahren/ und mit dem mir daselbst zugegebenen Chirurgo,  
in presence der daju vero dictu zweyer Hn. Rath und Lehnz. Männer/  
ein iodes- Kind besichtigt/ welches im Pfeßt in einer verschloßnen Laz-  
ze/in Eischern gewickelt gelegen/daheraus es genommen/ un auff die Eisch  
nach allen Theilen vors erste äußerlich wollbeschien/ und besunden wora-  
den/ daß es keine unzeitige Frucht oder abortus gewesen/ immassen  
die Signa so von denen Medicis pro diagnosticis partus legitimo  
tempore nati angegeben werden/ als die Vollkommenheit aller  
Membrorum, woll formirte Nügel an Fingern und Zähnen / die  
Cuticula so der Haut überzogen / sich bey diesem Kinde gefunden;  
hiernebst haben wir observiret/ daß (1.) Unter dem Kinn gerade auff  
den larynge oder Koyff der Lufst-Röhre ein blutünftiger Flecken/ 13  
eines Daumens breit, davon die Haut etwas abgestreift/ gewesen.  
(2.) An der linken Seiten des Halses in gerader Linie mit dem Fle-  
cken / war eine gleichfalls blutünftige Rille eines Fingers lang, und  
eines Strohalmens breit zu sehen/ als wenn sie mit einem Wind-Ha-  
ven eingeschnitten gewesen. (3.) An den beyden Seiten der Lufst- 14  
Röhren/ wie auch auff derselbigen und am Halse/ waren viele blutün-  
ftige Vestigia, so mit den Nageln tieff eingekniffen / zu sehen.  
woll constituiet/ von richter Dicke und Farbe/ aber nicht ordent-  
lich abgesetzet / sondern abgerissen oder abgeschnitten/ auch ganz  
ungen

1308  
CAP. I. OONTINENS SENTENT. MEDICOR.

15 ungebunden gelassen worden. An den übrigen Theilen des ganzen Leibes haben wir keine lassiones bemerken können / deswegen die Eröffnung des Körperleins vorgenommen / alle viscera frisch und gut befunden / und die zu diesem Zweck dicentia Lungen / so etwas weißlich anzusehen / herausgenommen / und nach Anweisung der berühmtesten Medicorum erstlich ganz / hernach Stückweis auff Wasser geworffsen / und beydemahl starks / und so fort obenschwimmend gesehen worden. Auf den Zweck dieser Besichtigung zu kommen / so werden vornehmlich zwei Fragen zu erörtern seyn (1.) Ob dieses Kind bereits in Mutterleibe ante partum verstorben / und per Conseqvens toti zur Welt gekommen / & contrà (2.) Obes à causa externa , violenta , oder morte naturali gestorben seyl

16 17 Die erste Frage belangend / so bezügen die wollbeschaffen und gejunde viscera nebst der starken und sehr woll constituirten Maabschnur / daß es im Mutter - Leibe nicht verstorben / den die erstenen Weic und unsäbig / die legeren aber schlapp und dünne bey dehen mortuis in utero embryonibus zu segn von denen Medicis observieren worden / und daß es auch lebendig zur Welt gehobren / erhelet aus dem angezogenen experimento , der im Wasser geworffsen / und oben schwimmenden Lungen / als welches von denen Authoribus Harveo , Bartolino , Schwammerdammio , Rypero , Raytero &c. pro signo maximè diagnostico , eines lebendig zur Welt gehobnen Kindes angegeben / und aus vielfältiger Erfahrung bewiesen teild ; das

18 19 wenn die pulmones auff dem Wasser schwimmen / ein solches Kind respirirt haben / & per Conseqvens lebendig aufz der Welt gekommen sein müsse ; die levitas der Lungen aber / und Ursache daß sie schwimmen / ist die bey der respiration eingezogene / und hernach in denen cellulis derselben sich verhaltende Luft / welche die Lungen eben also in der Höhe hält / als sonst eine mit Wind angefüllte Blase / allemahl oben zu schwimmen pfleget / das also diese Grinde zusamnen genommen / ein unverwarflich Gezeugniss der Vitalitate dieses Kindes extra uterum zu Tage legen .

20 Bereffend die andere Frage / so kan man aus denen gesunden Visceribus / auch woll disponirten Leibe nicht sehen / daß das Kind von einer Krankheit ausgemergelt / und daher durch einen natürlichen Tod / so fort nach der Geburth / der Welt entzogen worden / sondern aus denen

S. 1, 2.

DE PULM. INFANT. NATANTE VEL SUBMERG.

§. 1. 2. und 3. angegebenen Signis, so eine gewaltsame Hand Anlegung zur Ermordung/welche in Erdrosselung mit einem Strick davon der Knüten auff der Larynge gesessen/ oder auch in Erstickung mit gewaltiger Zusammen-Drückung der Luftri-Röhren durch die Hände/ wie solches die Nagel-Mühle §. 3 beweisen/ vermutlich bestanden/ offenbarlich und augenscheinlich zu colligieren/ daß ich vorjeho nicht zu berühre/ der §. 4 gebachten ungebunden gelassenen Naabel-Schnur/ als welche weit dadurch das Gehüt und Leibens-Gräber eingehen/ von allen Authoribus Medicis, vor einer Ursache eines gewaltsamen Todes geachtet wird/ und daß ein solches Kind ohne Anthebung fernern Gewalt/ ohne dem versterben müßt. Hierauf erhellest/ daß 22 dieses Kind à causa externa violenta, und nicht naturali morte verstorben sey. Diese Relation, wie sie in Fundamentis artis ge- gründet ist/ habe ich zu meiner Begläubigung mit Unterschrift des Mahmens/ und vorgedruckten gewöhl. Puschassi corroboriren sollen. Etonning den 23 Junii 1703.

(L.S.) Georgius Loffhagen Dr.

Qvod si vero contingat pulmonem infantis recens nati 23 fundum petere, multi concludunt: *infantem in utero mavis mortuum esse*, ut ex dictis, ex parte, liquet, in specie vero hæc quæstio multis ventilata fuit, à Doctore Johann Schreyen, Stadt und Land physico in Zeiz, qui pro defensione sua, anno 1690, speciale scriptum typis exscribi curavit, quatuor plagiis cum dimidia constans, in quo probare conatur: *Dass die Lunge/ wenn solche im Wasser unterfincket/ NB. ein gewiss Zeichen/ dass dasjenige Kind darauff die Lunge genommen/ NB. nie mahle außer Mutter-Leibe gelebet/ sondern vor der Geburt/ in der Mutter gestorben sey.* Ut sunt ejus verba pag. 5. Cuius sententiam ferè approbavit facult. medic. Francofurt. in Resp. sub dato d. 4. Januar. 1684. ibi. Wenn man denn nicht weiß: *Ob ein Kind oder Thier in oder außerhalb Mutterleibe geforben sey/ ist NB. Zweifels ohne/ ein unverwerflicher Beweis/ dass dieses geschehen sey/ wenn seine Lunge auf einer guten Quantität Wasser schwimmet/ jenes aber wenn Sie in derselben untergehet.*

B

Cum

1310  
10 CAP. I. CONTINENS SENTENT. MEDICOR.

- 26 Cum vero in facto dubium oriretur: annon pulmo post contractam putredinem fundum peteret, ei obviam processerunt Dn. Rivinus & Dn. Lange in Resp. Lipsiensi d. 19. Julii 1684. ibi. **Daf̄ wir zu mehrer Versicherung dessen unterschidene experimenta angestellet/ und die Lunge von einem Kalbe/ so lebendig gebohren worden/ so lange sin die Erde vergraben/ eine andere ins Wasser geleget/ eine andere in die Luft gehencket/ bis Sie insgesamt ziemlich zu faulen/ und zustinken angefangen/ es ist aber Eine so wohl als die Andere/ganz und Stückweise im Wasser oben geschwommen/ eben wie zuvor/ da Sie noch frisch gewesen. Wenn denn unsreitig ist/ dass Lungen so einmahl Luft geschöpft/ weder durch Faulung oder andere Art und Weise/ können dazu gebracht werden/ dass Sie untersinken/ als bleibt auch jederzeit auff festen Grunde stehen/ das wenn die Lungen eines todten Kindes/ oder ein Stück davon/ auch etliche Tage nach der Geburt/ untersinken/ dieses aus keiner andern Ursachen/ als daher rühren könne/ dass das Kind noch vor der Geburt/ in Mutter-Leibe tote**
- 27 gewesen. /Ratio hujus rei potior ab iisdem in responso priori sub dato Lipsia d. 10. Nov. 1683, adducitur hæc: **Daf̄ ein Kind/ den Augenblick/ da es zur Welt gebohren wird/ also bald zu respirir en aufsange. Consentit Ettmuller in Inst. Medic. physiol. cap. 25. fol. 173. ibi. infans quam primi egreditur, respirat.**
- 28 Contrariam vero sententiam longe viorem esse, alii non minus celebres ac experientes Medici judicarunt: Ex quibus adduco excell. Dn. Joh. Bohn. *Med. D. & Prof. Publ. Lips.* qui in specim. secund. Medic. forens. §. 45; in fin. docet: *periculosum ac fallax esse experimentum, de submergentibus ac supernatantibus aquare cens nati pulmonibus, quo nibilominus alii satis audacter partum mortuum à vivo discernere sibi præsumunt.* Qvan sententiam suam multis, in eleganti Tractatu de officio Medici dupli parti. cap.

DE PULM. INFANT. NATANTE VEL SUBM.

cap. 6. propugnat, (qui Tractatus in quarto 1704. typis exscriptus est: ) Qvam sententiam approbarunt (1.) *Facultas Medica Wittenbergensis* in resp. die 30. Aug. 1684. ibi : Wir können aber nicht davor agsten/ daß dieses ( submersio nempe pulmonum ) ein indubitatum und Universale argumentum sit/ wodurch so gar gewiß bewiesen werden könne; NB. es müsse das Kind ante partum, in Mutterleibe verstorben seyn. Man könnte endlich wohl ex presuppositione schließen, wenn eine Lunge im Wasser sinket/ so hat dieselbe noch keine Luft in der Welt geschöpft; aber es folget nicht abschaid/ daß es müsse in Mutterleibe gestorben seyn/ Sime-Mahl so wohl in als nach der Gebuhr ein lebendig kind tan erodet werden/ ehe es Atem hollet. Integrum Resp. vid. penes Amman in prax. vulner. leth. Dec. 6. Hisb. 1. fol. 427. seqq

Eiusdem opinionis (II.) fuit *Facultas Medica Tbingensis* cui assertum de pulmonum in aquis subsidentia, NB. ob experientia concuraria, & rationes, praesertim in eo subjecto, contra communem sententiam, valde suspectum fuit, & hinc in vitalitatem infantis inclinavit, referente Mich. Bernhard. Valentino in Pandect. Medic. Legal. part. 2. scđ. 7. cas. 8. fol. 570. Hinc Dn. D. Joh. Zeller Prof. Acad. Tbing. anno 1691 differt. edidit, cui Titulus: *Infantidas non absolvit nec à tortura liberat, ne re spirationem in uero tollit pulmonum in aqua subsidentia.*

Subscripterunt huic sententiae (III.) Domini Medici in Falcult. Giesl. in responso sub dato d. 24. April. 1699. in verbis: Proba illa aquatica, cum pulmonibus instituta, adeo infallibilis non est, quo minus à medicis celebrioribus ad minimum in dubium vocetur, imo prorsus rejiciatur, cum eo etiam in casu, ubi ex propriâ puerpera confessione, infans in lucem editus, aliquot ejulatus ediderat, pulmones ejus tamen ad fundum fecelerint. Valent. in Pandect. Medic. legal. part. 2 scđ. 7. cas. 10. fol. 593. Eadem sententiam, in eodem casu, calculo suo (IV) probarunt d. 6. Mai. anno 1699. Medici Marburgenses ibi: Et qvamvis pulmones infantis postquam à reliquis corporis partibus, bene separati, & in fistulam aquâ repletam projecti fuerant, statim ad fundum ceciderint, hoc tamen pro certo & sufficienti signo, quod infans inanimis in lucem editus fuerit

1312

11 CAP. I. CONTINENS SENTENT. MEDICAS

- 36 haberi non potest, quia experientia hactenus contrarium docuit. Valentin. d. cas. 10. in fin. fol. 598. En quatuor tibi produxi integras Facultates medicas, qui concludunt: ex pulmonibus submergentibus concludi non posse, infantem in utero matris mortuum esse. Ratio illorum est: non tantum quod partus extra uterum per aliquod temporis spaciū vivere possit, sine notabili seu magna respiratione vid. Resp. Witteb. n. 31. supra allegatum ibi: *Dieses zu behaupten muss vor allen Dingen supponiret werden/ daß ein Kind eine Zeitlang/ außer Mutterleibe/ ehe es Athem holet/ wie in utero, leben könne.* Confirmat hanc sententiam excell. Bohn. d. Offic. Med. dupl. part. 2. cap. 6. experimento: si quis scil. catulorum, dum nascuntur guttur constringat, videbit varios corporis motus & oris rictus convulsivos, quorum tamen pulmones aquæ injecti fundum petent, contentientem adducit Boylem d. vi aëris elastiæ experim. 41. Quidam robur addit singularis notabilis casus à Dn. Bohn. d. cap. 6. f. 667. relatus. Parentes scil. binas exclusas puellas criminis sui contegendi causa, vivas pannis obvolutas, in terram defossas, terræ & mergitibus spicarum cooperuerunt, quæ tamen post aliquot horas, superstites singulari fato eruta sunt. Hæ certæ puella sine gravioris aëris usura, extra uterum matris, per aliquot horas superstites manerunt. Imo Tubingenses, Gieslenses & Marburgenses ulterius procedunt, ac credunt: post notabilem respirationem aëris, pulmonem submersum aqvæ submergi posse, ex matris & avia confessione, quæ dixerant partum vitalem fuisse, & notabilem vagitum edidisse, licet ejus pulmones aqvæ injecti fundum petierint. Vid. d. Disp. Joh. Zeller. Tubing. A. 1691. habitam & Valent. in locis supra notatis. Plura exempla recenset Dn. Bohn. d. cap. 6. quo lectorem remitto. Ne vero objicias mulierculas vel deceptas, vel doloribus torturæ coactas esse, ad deponendam vitalitatem infantis, ipsi Tubingenses experimentum in vitro fecerunt, qui post partum per dimidias horæ spatum vitalis, crebris anhelitibus fortiori que abdominis motu, respirare se testatus est. Cujus tamen pulmones aquæ injecti submersi fuerunt vid. d. Disp. zeller;

Ultimo

1313

## DE PULM. INFANT. NATANTE VEL SUBM.

13

Ultimo tamen moneo loco, excell. Dn. L. Schroeck. in De- 42  
cad. 3. *Ephemer. Phys. Medic. Germ. ann. I. ad Obj. 104. in Sebolio*  
*fol. 170.* dubium movisse quod pulmones vituli, cuius d. disp.  
*Tübing.* mentionem facit, in statu fuerint præternaturali, dum  
lobulorum unus crassus fuisse perhibetur, & ob mucum vesicu-  
las obstruentem, ad inflationem ineptus, unde gravior exitit,  
ita ut aëris in reliqua sana pulmonis parte contentus, non sus-  
ficerit pulmonem in alto suspensum tenere, sed alteri illi, pon-  
dere suo ad fundum detrudenti cedere coactus sit. Dum hæc 43  
typis exscribi curio, alias adhuc infans, cum secundinis adhuc  
coniunctus, ex illegitimo coitu conceptus, & clam in lucem edi-  
tus, in loco judicii, Rostochii d. 3. April. 1705. producitur, qui  
sub scalis domus, unter der Treppen / mortuus à ministro  
judicii, ad perqvirendam domū millo, repertus est, cuius sectio  
cum die 3 April. institueretur, pulmones aquæ injecti, itidem  
supernatarunt. Quam sectionem direxit Vir excellentissi-  
mus acque experientissimus Dn. Schaper Medicus Doctor &  
Professor Ordin. ac Serenissimi Ducis regentis. Meclenburgici  
Archiatere longe celeberrimus; Cum ergo ab amplissimo ju-  
dicio Rostochiensi ab excellentissimo hoc Medico, ejus requi-  
reretur judicium d. 8 April. 1705. id dedit sequentibus verbis:  
Als nun über diese verrichtete Besichtigung mein Sen-  
timent verlanget wird/ und der um den Hals sich gefuns-  
dene tiefe Strich/ welcher vorne am Halse doppelt zu  
sehen/ und die Haut zwischen denselben/ meist/ wie  
ein kleiner mäßiger Finger/ in die Höhe gegangen ge-  
wesen/ nicht unbillig hier eine suspicion von einer dem  
Kinde/ an diesen Ort/ angethanen Gewalt giebet/ in-  
sonderheit/ wenn man das sub cuta, auf das Pericranium  
und zwar an der rechten Seiten/ wo des ossis frontis  
pars dextra, an die suturam coronalem, mit seiner Extremi-  
tät reicht / und durch die so genannte fontanellam,  
von dem sinistrâ ossis frontis parte getheiler ist/ gefun-  
dene geronnene Gehluth meist einen Schilling groß  
consideraret/ und ferner das pro vitalitate foetus maximè

B3

pro-

14 CAP. I. CONT. SENT. MED. DE PULM. INFANT. &c.

45 probabile experimentum und indicium erweget / und also allhier befundeu worden/dass die von dem Kinde aufgenommene/und auff einer behörigen Quantität Wasser gelegte Lungen / auf demselbigen geschwunnen haben; So ist allerdings zuschlüssen/dass dieses Kind extra uterum gelebet haben müsse. Denn wie es eine aufgemachte Sache ist/dass das in foetu in utero contento circulirende Bluth per foramen ovale, & canalem arteriosum auf dem dextro cordis ventriculo , in dem sinistrum desselben ventriculum fliesset / und also die Lungen nicht berühret/ auch derer Gebrauch dahero/ wie sonst bei einen ältern Menschen/und also auch die respiratio, hier nicht Statt hat ; So müssen die auf das Wasser gelegte Pulmones, wenn das Kind nicht respiraret hat/ zu Grunde sinken / als Selbige im Gegenthil/ wenn das Kind nur einmahl respiraret hat / auf dem Wasser schwimmen müssen. Und weil also non nisi extra uterum & ejus extrema loca, dem foetu kein respirationis locus eher ist/so folget daraus/wie hier in diesem Casu, dass/da die Lungen geschwunnen/ auch das Kind respiraret / und also extra uterum gelebet haben müsse. Welches ich hiemit bezeuge. Rostock den 8 April. 1705. Prolixius haec omnia referre malui, quia dictis in capite primo, dicenda in cap. seq. tanquam aliquo fundamento innituntur.

## CAP. II.

<sup>DE</sup>  
EFFECTU JURIS, SI PULMO INFAN-  
TIS NATET.

## SUMMARIA.

Tres casus separantur 1. presumtione.  
Prae- an a capitu dicari potest ex 2. 3.  
Que confituta est in Gallia &  
Specia 4 Pro-

CAP. II. DE EFF. JURIS, SI PULMO INF. NATET.

Proprius delicti frequentiam	5. 6.	Timoris adducuntur effectus	33.
In Germania eadem imposita ut & in Hispania	7. 8.	Ex pulmone natante non potest infiri mors violencia & do- loosa.	seq.
Maxime si medici de vita & vio- lenta morte testentur	9.	Pulmo natans non operatur toreum.	37. seq.
Ex pulmone natante non obtinet pena gladii	10. seq.	Auget gradum torturae	39. seq.
Ex presumptione nemo ad mortem damnatur		Modo adhibetur causa inqui- sitionis	42. seq.
Nisi sit juris & de jure	17.	Si inquisitio ignorantiæ gravi- dæcias pretendat, semper tor- tura subjicienda.	44.
Si inquisitio ignorantiæ gravi- dæcias pretendat, semper tor- tura subjicienda.	18.	Prejudicium contrarium adducitur	45.
Si animo occidendi oculio pepe- rit gladio ferienda	20. seq.	Sed rejectum	46. seq.
Medica ars sape fallit.	24.	Si mulier non studio clam pepe- rit, nec parvum occulavit, liberatur à tortura, licet pul- mones natent	54. seq.
Exempla adducuntur	25. 26.	Pulmones natantes augent po- nam extraordinariam	56.
Quarenius & Ceti de rationibus medicorum judicare possint	27. seq.	seq.	

 Onsideraturo mihi, quem pulmo infantis natans, in iure, producat effectum, tres distinguendi sunt causæ. Primus sit: An mater infantis dicit acculata, quia pulmones infantis reperti aqvæ subernant, capitum poena affici possit, licet constanter negat infans vixisse, vel à se occidit esse? Secundo confiderandum: an pulmo infantis natans, in decernendâ inquisitâ torturâ effectum producat? Tertio lustrabo: an pulmo natans extraordinariam augent poenam? In primo proposito casu, ordinaria vel saltem gladii poena decernenda videtur: quia (1) ex presumptionibus quovæ delinqvens condemnari potest. I. s. ibi: vel indicia C. de. probari: c. Afferre mibi gladium 2. & c. 12. X. d. presumti. Non tantum si civiliter agatur, sed etiam si capitalis imponenda sit poena, Exempli loco produco Nov. 17. c. ult. Ubi ex solis presumptionibus, etiam privato permittritur facultas adulterii suspectum occidendi, quanto magis judex, ex certis presumptionibus alicui poenam decernere potest capi-

talem,

13 16 CAP. II. DE EFFECTU JURIS

talem. Aliud exemplum probatur ex l.34. C. ad L. Jul. d. adult. ubi itidem ex sola præsumptione, aliquis in adulterio condemnatur. Hinc reum indicis & argumentis convictum, ordinaria afficiendum esse poena, docet Anthon. Matth. de crimin. Lib. 48. Tit. 15. cap. 6. fol. m. 760. In specie autem (2) in praesenti casu, mulierem ex furioso coitu gravidam, quæ clam, sine aliis hominibus, studio peperit, & infantem occultavit, postea vero eum mortuum excludit, esse prætendit, capitali supplicio afficiendum esse, constituit Rex Gallia Henricus II. d. 4. Mart. 1559. telle Joh. à Sand. in Decis. aur. Lib. 1. Tit. 9. def. 3. Et Maurit. Consil. Kilon. XI. n. 14. Similem constitutionem Carol. XI. gloriosissimæ memoriae, in Svecia promulgavit. Et licet severæ videantur constitutiones, malitia tamen mulierum vix mitigationem admittit poenam, nimis enim frequentia sunt infanticidia, vel certe occultationes partuum tum edendorum, tum editorum. Sic Rostochii spatio trium hebdomadarum, duæ foeminae carceri injectæ sunt, quæ singula prætendunt se infantes editisse mortuos. Idem suo jam tempore observavit Jacob. Augustin. Thuanus Lib. 13. Hist. quando supra dictæ constitutioni Henrici relatæ, subjecit: *In nullum crimen ab eo tempore sive rius vindicarum fuit; nobilominus nullum frequentius crimen etiam hodie est, nec ulla fere septimana abit, quin in clafe, quæ de judicis capitalibus cognoscit, una pluresve tam horrendi flagitiæ ræ perducantur.* Adeo malus pudor in verecundo & impotente sexu suppliæ terrorem, & quod omni corporis pænagravius est, conscientia morsus vincit.

In Germania quoque (3) severior capitalis poena applaudsum meruit, siquidem post maturam deliberationem & Theologi & JCti Würtenbergenses anno 1658. pronunciariunt: *Dass in solchem Fall/ die poena gladii Statt finde / NB. wenn gleich die Mutter / dass Sie ihr Kind tott zur Welt gebracht/vorgebē solte.* Consentit Berl. P. 4. Concl. 7. n. 30. Ubi in Hispania sic judicatum esse, refert. Simili modo poenam gladii dictitarunt JCti Kilonienses mens. May. anno 1666. licet mater defensionem sui in eo quereret, quod infantem mortuum edidisset: *Sie habe ohne Beyheyn einigen Menschen/das Kind tott zur Welt gebracht.* Nec (4) aliena fuit

## SIPULMO INFANTIS NATE.

fuit ab hac opinione ampliss. Facult. jurid. Rostoch. anno 1695.  
d. 27. Aug. cum ampliss. Senatui Rostochiensi in causa inqui-  
sitionis in puncto infanticidii, contra Marien von Bergent  
responderet: daß Inquisita mit dem Schwert von Leben  
zum Tode hinzurichten sey. Licer inquisita in eo defen-  
sionem quereret: Sie wüste nicht/daß das Kind zu der  
Zeit / da Sie ihm den Hals abgeschnitten / auch  
solte gelebet haben.

Dicta sine dubio procedunt, quando (s) experienti-  
mi medici consulti respondeant: Hals aus dem Schwim-  
men der Lungen zuschließen sey/das Kind habe gelebet/  
Und sey morte violenta gestorben. His enim ut peritis in-  
sua arte credendum Stryk. d. iur. Sens. Diff. i. cap. 2. n. 20. ibi-  
que alleg. Hoc enim sine J.C. requirere solent judicium medi-  
orum, ut eorum opinioni, tanquam fundamento, suam su-  
perstruant sententiam.

Taotitamen dicta estimanda non videntur, ut ex pul-  
monibus natantibus quis, indistincte, pœnam capitalem diitare  
debeat. Supponam hac vice, citra præjudicium tamen verita-  
tis, ex pulmonibus natantibus indubitate sequi: ergo infante  
vixie. Alio tamen remanet quæstio: qua ratione ergo perire?  
animore naturali, an violentia? suppone autem posterius; &  
remanet cardo totius negotii in eo: an dolo, an culpa mulieris,  
violentamors infants fuerit illa? Si dixeris: mereitatem in re  
actu versari illicito, ergo presumi animum dolosum, hoc effe-  
ctu, ut gladii pœna decerni possit. Exemplo homicidæ, qui  
bombardâ vel gladio aliquem lædere voluit, sed præter expe-  
ctationem suam plane occidit, cui ultimum dictatur supplici-  
um, quia ex armis lethiferis & animo lædendi præsumitur ani-  
mus occidendi, q. C. ad L. Corn. d. Sicc. sibi que Brunn. n. 3. 4. Carpz.  
Qv. i. n. 52. seq. Hahn. ad W. Tit. ad L. Cornel. n. 9. advb. animo occi-  
dendi excell. Dn. Praeses in Syn. iur. priv. eod. tit. n. 21.

Respondeo mulieres partum clam excludentes non sem-  
per habere animum partum lædendi, ut ille, qui armis lethife-  
ris aliquem lædit, sed mulier illa habere potest animum par-  
tum clam educandi, ergo simile, hac in parte est dissimile. Aliud

C

vero

138 CAP. II, DE EFFECTU JURIS,

vero ex eodem homicidii genere produco similes; homicida  
prætendit defensionem necessariam, vel occisum præter occi-  
dents voluntatem, in gladium strictum prolapsum fuisse, pro-  
batione vero destitui, quia solus fuit cum solo, ecce hic veratur  
in homicidio, adeoque præsumptionem malitiae contra se habet,  
nihilominus ex hoc dolo præsumto, licet homo non bona famæ  
fuerit, attamen non condemnatur ad mortem, sed, deficiente

alia probatione, exceptione suam torturæ probare tenetur, per

*Conf. Elec. Sax. 8.p. 4.* Qvæ Electoris constitutio etiam extra  
Saxoniam recepta Brunnem in proc. inquis. cap. 8.m. s.n. 3, Ne

alias, si simplici assertioni occisoris standum esset, pena homi-  
cidii facile eludi posset, Zang. d. *Ques Cap. 2. n. 17.* Berlich. p. 4.

13. *Concl. 5.m. 28. sq.* Nec tamen inquisitus statim condemnandus,  
si ei desit probatio, sed torturæ subjiciendus est, sine qvæ, in re-  
tam gravi, non creditur inquisito, pro sui defensione deponen-  
ti. Simili modo, si mulier dicat vel concedat: infantem vixisse,  
se tamen studio, & data opera non occidisse, sed infantem vel in  
ipso partu, vel post partum, ex sola culpa & imprudentia mu-  
lieris extinctum esse, torturæ hanc suam defensionem probare  
tenetur, nec sine torturæ, ex sola præsumptione doli, gladio  
carnificis subjicieenda est.

14. Evidenter ut plurimum tales meretrices animo occi-  
dendi, & partum clam sepeliendi, sine advocatis aliis mulie-  
ribus, clam parunt & partum occultant. Si ergo præsumtio  
detulenta sit ab eo, qvod ut plurimum contingit, iterum mu-  
lieri capitale imminere videtur supplicium. Verum licet & hoc  
supponas: mulieres clam partum in lucem edentes, animum  
occidendi ut plurimum habere, hæc tamen præsumtio non suf-  
ficit ad condemnationem, quia aliquæ mulieres hunc animum  
non habent, ne ergo ex decem gravidis, una sine verodolo  
parricidium committendi, pereat, novem potius dolosæ tortu-  
ræ sunt subjicienda, & si hanc sustineant, potius dimitten-  
da, quam una innocens capite plectenda est.

15. Verum quid multa! ipsa Constitutio Criminalis, quam in  
criminalibus, in Germania seqvimur, expressis verbis, in casu  
proposito, non penam capitalem, sed torturam decernit in dñe.  
ibi; Doch/lo ein Weibsbild einlebendig/ gliedmäss.

sig

SI PULMO INFANTIS NATET.

19

Ig Kindlein also heimlich trägt/ auch mit Wille allein/  
und ohne Hülfe anderer Weiber gebiert/ welche ohne  
hülfliche Geburt mit tödtlicher Verdächtigkeit ge-  
schehen muß ic. Darum / wenn eine solche Mörderin  
auff gedachten ihrer angemahnt freventlichen Ent-  
schuldigung bestehen wolt/ so soll man Sie/ auf  
ob bemeldte gnugtahme Anzeigung bestimmt un-  
christlichen und unmenschlich erfundenen Übels/ und  
Mords halber / NB. mit peinlicher NB. ernstlicher  
Frag/ zu Bekäntnuß der Wahrheit zwingen/ auch auff  
Bekäntnuß desselben Mords/ zu endlicher Todstraff  
urtheilen. Adverto quidem exceptionem tuam: Carolo V. 16  
nihil de pulmonibus natantibus propositum, suo tempore, tuisse,  
alias ex tam violenta præsumptione capitis constituisse et suppli-  
cium. Repono enim ex pulmonibus natantibus ad summum  
inferri posse: *infantem extra uterum adduc vixisse.* Verum  
Carol. V. ex parte maturo, jam tum suo tempore, supposuit t  
præsumi infantem vixisse, supponit quoque mulierem clam,  
sine aliarum auxilio, studio parientem maximè suspectam esse  
de intanticidio, nihilominus, si mulier perseveret in defensio-  
ne: infantem mortuum editum esse, vel sine suo dolo perire, 17  
non condemnat eam, sed torturæ eam subjici mandat.

Ad rationes contrarias diluendas accedo, atq; ad object. l. n.  
2. propositam respondeo: regulariter ex præsumptionibus ne-  
minem ad ultimum condemnari posse supplicium, per *Conſit.*  
*Crim. Art. 22. ibi:* Es ist zu mercken / daß niemand  
auff einigerley Anzeigung/ Argwohn/ Wahrzeichen  
oder Verdacht/ zu peinlicher Strafe soll verurtheilet  
werden/ & in fin. d. Art. Soll jemand zu peinlicher  
Strafe verurtheilet werden/ daß muß aus eigenem  
Bekennen oder Beweisengeschehen/ un nicht aus  
Vermutung und Anzeigen. vid. latè Manz, ad *Conſit.*  
*Crim. ad Art. 22. & Joh. Otto Tabor. Tr. d. Indie Delib. in Andas*  
*lys ad d. Art. 22. fol. m 474. tb. 4. seq.* ut ne quidem ex urgenc-  
C 2 tissima

130 CAP. II. DE EFFECTU JURIS,

tissima præsumtione extremum admittat supplicium *Petr. Theodoric.* in *Colleg. Crim. cap. 7. apb. i. lib. G. n. 13. fol. m. 910.* Qvæ tamen regula limitanda in præsumtione posita à lege, qvæ alias vocatur juris & de jure, ex hac enim seqvi potest condemnatio capitalis *Jul. Clar. sentent. Lib. 5. §. ult. Qv. 10. n. ult.* & hanc lententiam nullum habere dubium docuit *Egid. Boss. in prakturim. ist. d. convicti. n. 29. fol. 139.* addita ratione: quia legi ex tali præsumtione res patet, ideo etiam debet patere judici. Qvæ distinctio mihi quoque placet qvâ diluo dubium *n. 4. al. latum.* qvot. scil. lex publica dolosè, & studio clam parientibus poenam capitalem imposuit, tot. & *JCTi ultimum dictare* debent supplicium, licet non constet matrem suum intantem dolosè occidisse. Hactenus vero in Germania talis constitutio non est promulgata vid. *Conf. Crim. Art. 131.* Verum & hoc casu, si talis extet constitutio, ad ultimum procedi non potest supplicium, si inquisita prætentat se plane ignorasse, id est gravidam, dantur enim mulieres, qvæ prima vice, magnam in his rebus profitentur ignorantiam, immo licet confiteatur se graviditatem scivisse, neget vero scientiam de tempore instantis partus, qvod plerumque in meretricibus opinione citius appropinquare solet, his casibus non condemnatio ad mortem, sed ad torturam locum habere debet.

131 Ad præjudicia allata respondeo, illa qvoties contra explum juris textum data sunt, toties carent autoritate. Interim probe distingendum esse censeo, an mater confiteatur: se animo intantem occidendi, ad locum solitarium pariendo causa secessisse, an vero hoc neget. Priori casu, poena capitatis dictari potest, non vero posteriori casu. Qvod observatum fuit à facultate juridica Rostochiensi in causa *Martien von Bergen/* hæc enim confitebatur: *Sie sei mit denen Gedanken eine viertel Stunde umgegangen/wie sie das Kind umbringen möchte / in ipso partu, cultro fauces infantis quinq*u*ic*tu*is dissecuerat, & sic animū occidendi, in ipso partu, remotis omnibus hominibus denuo contestata est ipso facto, fauces quoq*u*is dilectæ magnā sanguinis eopiam profuderant, ergo gladii poena affecta est, licet prætenderit; Sie wüste nicht ob das Kind lebendig zur Welt*

SI PULMO INFANTIS NATET.

Welt gekommen sey / und ob es zu der Zeit / wie sie ihm die Kehle abgeschnitten / annoch gelebet habe.

Imo plus dico: Si ex actis appareat, inquisitam contestam vel convictam esse, quod animo occidendi leceferit ad locum solitarium, ibidemque partum excluderit, capit is poenam imponendam est; si infans maturus sit, ejusque pulmones natent, & mortuus repertus sit, licet mater prætendat: Sie hätte keine Hand angeleget / hätte auch wegen Schmerzen / und grosser Perturbation solches nicht thun können. Sufficit enim quod infanti dolosè & animo occidendi remedia vitam conservandi ademerit. arg. b.4. ff. d. agnosc. & alend. lib. Et arg. Confl. Crim. Art. 132. vid. Carpz. Qv. 10. n. 8. seqq. Nec obstat, quod certo non constet, an partus tuerit vitalis. Re- spondeo enim rem pessimi exempli interpretationem contra mulierem urgere, & capitalem poenam requirere. Sic mulier quæ nefariè & dolosè cum dolores ventris sentiret, in latrinam vel aquam profluentem præcipitari faciat infantem, gladio punitur, licet non certo constet infantem vixisse. Carpz. Qv. II. n. 34. & 35. ubi præjud. Glaſten. ad C. Cr. A. 131. in fin. Adeoque animus occidendi, & quod infans re vera mortuus sit repertus, & quod nulla probabilia adhuc argumenta infantem mortuum in lucem editum fuisse, gladii poenam operari possunt.

Ultimum argumentum à Medicis desumptum gravius videtur, nisi dixeris: *artem medicam sape fallere*, ut sunt verba Medici excellentissimi atque experientissimi Dn. Bohn. in Tr. a. offic. Medic. dupl. part. 2. cap. 2. fol. 548. Cujus aliquod recensere lubet exemplum: Sic Lutetia Parisorum mulier ob furtu su. spensa est, quæ licet ad extremum ulque spiritum, le gravidam esse, motumque foetus persentiscere affleveraret, vacua tamen nec foeta, ab obstetricibus & chirurgis ad visitationem convocatis judicata est, cum vero cadaver usui anatomico concederetur, foetus Septimestris circiter inventus est. ut ex Riolano refert Bohn. d. Tr. part. 2. cap. 3. fol. 567.

Ne vero excipias: obstetrics & chirurgos minus recte referri ad medicorum classem, medici quoque adduco exemplum: In Consistorio, scil. Mecklenburgico ante tredecim &

G,

q̄oſ

## CAP. II. DE EFFECTU JURIS

qvt excurrit annos, medicina Doctor & praticus R. divor-  
tium ab uxore petit & impetravit, qvia mulier duxta, tempore  
viduitatis, ab alio imprægnata, per aliquot menses constantis  
matrimonii, adeo astutè gravitatem corporis, usque ad ultimam  
noctem, celare potuit, ut maritus, qvi tamè cum uxore, uno  
usus erat lecto, jurejurando confirmaverit, se nunquam intelle-  
xisse, uxorem suam fuisse gravidam. Cauta ergo in re tam  
ardua, in qvâ de vita hominis adimenda agitur, procedendum,  
& qvoties dubium occurrit, tortes semper tutior eligenda est  
via.

27. Si vero rationes proferant concludentes medici, iis me-  
rito fides tribuenda. Nec est qvod urgeas: JCtos de rationibus  
medicorum judicare non posse, qvia sunt extra suam professio-  
nem, eapropter enim implorant opem medicorum, qvod ipsi  
de casu obveniente, qvatenus ad medicam respicit artem, judi-  
care non possint, qvomodo ergo de rationibus judicabunt me-  
dorum, qvæ captum JCtorum transcendunt? distinguo enim  
inter rationes merè medicas, & non merè medicas, deinde dia-  
stinguo inter rationes concludentes & evideenter non conclu-  
dentes; de posterioribus rectè judicant JCti, imo & merè me-  
dicis rationes, medici ita confirberet debent, ut rationes pene-  
trare possiat JCti. Addaco testimonium excellent Dn. Bohn,  
ex D. p. med. cui tit. Specim. 2. Medicin. legal. §. 46. ibi: Medicus  
Oblicra illa vocabula, qvæ medicis quidem notissima, JCti vero  
minus intellecta, aut plane omittere, ac usitatoria seu popularia  
magis surrogare, aut illis hæc qvæsi interpretationis loco combi-

28 nare debet, ubi Fidelem adducit consentientem. Qvæ sententia  
evidenti nititur ratione: Medici enim sua respona non scribunt  
in gratiam medicorum, sed JCtorum, ut hi respona juridica, ad  
ductum responsi medici concipient, ergo rationes qvoque me-  
dicæ ita concipiendæ, ut eas intelligere possint JCti. Sine ra-  
tione vero concludente, vel sine demonstratione qvid asseren-  
tibus medicis fides nulla habetur.

29 Nec subitanea mors sufficientem dat probationem, nisi à  
medicis ex certis fundamentis, causa lethalitatis demonstretur.  
Alias enim semper remaneret dubium, an ex vulnera, an vero  
ex alia causa subitanea mors fecuta sit. Eqvidem non diffiteor  
&

SI PULMO INFANTIS NATET.

& ICros qvosdam satis celebres illi subscribere sententiae :  
inspectionem cadaveris , & demonstrationem lethalitatis tum 31  
demum necessariam esse, si homo teto lethifero, post aliquod  
temporis spatum moriatur per Confus. Crim. Art. 147. ibi:  
So einer geschlagen würde / und über etliche Zeit  
darnach stirbe/ also das zweifelhaft wehre/ ob er  
der geflagten Streich halber gestorben wehre oder  
nicht. Excell. Stryk. in Tr. de Jur. Seni. Diff. 1. cap. 3. n. 23.  
& 24. Brunnem in proc. inquis. cap. 7.n.20. Respondeo tamen 32  
ad Conf. Crim. art. 147. semper dubium esse , an in continen-  
ti mortuus ex vulnere , an vero ex alia causa mortuus sit.  
Verba vero über etliche Zeit darnach etc. exempli loco  
posita esse, exempla vero declarant, non restringunt regu-  
lam. Qvæ sententia etiam magis recepta Stryck. a. l. n. 22.

Prius autem , qvod semper dubium sit ex qva cau-  
sa subitanæ mors lecta sit, probo ex mirabili effectu subi-  
tanæ confestationis. Sic foemina gravida , qvam maritus 33  
stricto gladio adoriebatur , hunc velut in calvariam ejus ada-  
cturus , licet fuga sibi consuleret paulo post infantem enixa  
est, in cuius capitil illa parte, cui in matre acies minitabatur,  
ingens continuū solutio comparuit , sanguine ad nati subita-  
neum exitium manante, teste Bohn. d. part. 2. c. 6. fol. 659. Qui  
etiam ex actis Lip. ensibus observavit: qvendam uxoris gravi-  
dae cervicem manubrio securis percussisse, qvæ tœtum paulo  
post edidit capite truncatum Bohn. d. l. Qui admirandus effe-  
ctus subitanæ terrori adscribendus est. Ne vero excipias: id 34  
singulare esse in gravidis, exemplo virili objectionem remo-  
vebo: In vico qvodam Austriae Gundsdorff nominato,  
lita inter duos venatores orta, Senior juniori alapam dedit,  
hic illam vindicaturus ensem stringit, impediunt vero eum  
adstantes remque componunt, ut ille deprecetur, hic con-  
donet, at dum junior dextram conciliandi gratia porrigit,  
sentorem volâ in faciem inopinatè terit, endicendo: tibi  
tuam alapam! statim senex concidit & exspiravit. Referen-  
te Carolo Rayger. in Ephemer. med. phys. Germ. anno sexto  
& septimo anni 1675 & 76. Obs. 207. Ecce effectum in vitro,  
qvem subitanæ confestatione produxit.

Cum



134  
CAP. II. DE EFFECTU JURIS.

35 Cum ergo sine inspectione certo constare non posse,  
an homo vulneratus ex vulnere, an vero ex terrore, vel alia  
aliqua accidental i causa mortuus sit, hinc ipsi medici, in hac  
questione, ad ocularem provocant inspectionem v.d. Bohu.  
*d. cap. 6.* & toties quoties conqueruntur: inspectionem non le-  
gitime esse peractam.

36 Qvod si ergo, in praesenti materia, ex solis pulmonibus  
natantibus medici respondeant, parium vixisse, & NB. violenter  
perentum esse, nulla medicis fides tribuenda, nisi rationes

37 concludentes de admisla violentia, ex avropia adjecerint. Si  
vero ejusmodi ad sint signa violentia mortis, & medici respon-  
deant: partum vixisse, & a matre NB. *dolo vel studio* occi-  
sum esse, iterum assensum merentur nullum, quia medici ju-  
dicare non poslunt, an violentia infantis illata sit dolo, an culpa  
matris, dolus enim in animo matris consistit, & tortura explo-  
randus est, nisi tale quid in infante appareat, qvod culpa mu-  
lieris contingere non potuit, v. g. si fauces cultro fuerint

38 disiectae. Qvo tamen casu, non tam ex responso medico,  
quam propria confessione condemnabitur inquisita, si enim  
neget se fauces infantis cultro praescidisse, iterum non con-  
demnationi, sed torturæ locus erit. Et sic nec ex pulmonibus  
infantis natantibus, nec ex medicorum responso inquisitam  
condemnante, capit is poena accusatae imponi potest, nisi animum  
occidendi ipsa confessio sit.

39 Nunc ad secundum progedior casum, considera-  
turus quid pulmones infantis natantes operentur in tortura  
dictitanda. Et ex adductis in Cap. 1. & in hoc ipso  
*Cap. 2.* dixeris: ex pulmonibus natantibus torturam, sine ul-  
lo decerni posse dubio, quia constans est medicorum &  
physicorum sententia: ex pulmone natante certo constare

40 Infantem vixisse. Ast ego in contrariam inclino senten-  
tiam, ex pulmone natante NB. sine alio concurrente indi-  
cio, torturæ locum non esse, probo ex pulmone natante,  
sola præsumptio vitalitatis oritur, nulla vero dolotæ occi-  
sionis, ergo medium minus concludens dabit, ad poenam  
L. Cornelii irrogandam. Declarabo meam sententiam  
sequenti exemplo: finge uxorem honestam gravidam fo-  
lam

## SI PULMO INFANTIS NATE.

Iam peperisse, qvia doloribus subito subpressa, auxilium aliarum foeminarum implorare non potuisse: cum vero tandem alii advenirent homines, intantem iam extinctum fuisse, finge & medicos pulmonem aqua iniecisse, eunqve supernatale, finge & medicos testimonium dedisse; ex pulmone natante praemendum esse: infantem vixisse & occisum esse, an Jcti matri horresta uterum nunquam celanti, nec studio solam parienti, torturam decernent? resp. neg. rationem jam dedi, ex pulmonibus, de sola vitalitate infertur, non vero de dolosa occisione, sed in matre honesta, in dubio presumitur, qvod infans calu vel culpâ, non vero qvod dolo matris sit mortuus Gomez. Tom. 3. cap. 3. d. Homicid. n. 9. Si vero deflorata, sine auxilio aliarum mulierum partum edat, & mortuum occulat, tortura subjicienda est, per Conf. Crim. Art. 131. qvia gravissima presumptio dolosæ occultationis & occasionis contra eam militat, qvæ tortura elidenda est.

Atqvis, inquis, hac ratione pulmonis natantis, in decernenda tortura nullus erit effectus, licet enim judex non curet hanc institui probam pulmonis, nihilominus ex celato utero & parti tortura decernenda erit juxta d. Art. 131. in quo altum de pulmone natante est silentium. Respondeo ergo gradum 43 torturæ intendi posse, si natent pulmones, qvia presumptio, qvæ ex pulmone natante oritur, contraria est præterensæ defensioni mulieris, qvod partum ediderit mortuum. Modo hoc casu, ex muliere qvaratur: an partum habuerit difficilem, in specie: an in extremis uteri partibus diu hæserit: ob das Kind lange in der Geburt gestanden: hoc enim si affirmet mulier, & circumstantialiter narrat, nullum effectum habebit pulmo natans, qvia excellentissimi observarunt medici, infantem, in extrema uteri parte, spiritum haurire, imo quantum vocem emittere posse. Deinde interroganda est inquisita: an spiritum ori infantis inspiraverit? qvam qvæst. si affirmet, iterum nullum pulmo natans operabitur effectum. Bohn, de Offic. Med. dupl. part. 2. cap. 6. fol. 667.

Si vero cum pulmone natante adhuc alia concurrant indicia violentiae, adhuc majorem gradum torturæ reqvirent. 45 Equidem in calu cap. 1. n. 11. 19. proposito, non obstante iudicio

D

medico

25 CAP. II. DE EFFECTU JURIS,

medico, pronunciaverant judices criminales in Garding / im Criminal-Gericht, den 8 May. 1704. daß die von Peinlichen Anklägern angeführte Indicia zur peinlichen Frage nicht erheblich gnug seyn wollen. Würde dahero peinlich Angeklagtin mit ihren Eyde darthun / und erhalten / daß Sie weder vor noch in der Geburt / jemahln den Vorsatz und Willen gehabt / das Kind umzubringen / als denn ferner ergehen soll was Recht

46 ist. Cum vero regimen Holsatia, acta illa ad Rostochensem facult, jurid, mitteret, reformata illa sententia, & tortura decreta fuit. Cujus responsi rationes, ab excell. Dn. Præside mihi gratiosè communicatas, benevolo lectori conceptis adducam verbis, qvia non parum præsentem illustrant materiam:

Rat. dub. & Decid.

47 Es ist zwar 1. auf der schwimmenden Lungen / eines todt gefundenen Kindes / kein infallibel Argument zu nehmen / daß das Kind lebendig zur Welt gekommen sey / weil 2. ein Mensch / nach der Geburt / dem Kinde den Wind / in die Lunge / durch das Mündchen blasen kan.

exemplum adducit Bohn. d. Offic. Medic. dupl. part. 2. cap. 6. fol. 663. & fol. 667.

48 Da es kan auch 3. ein Kind / wenn es lange in der Geburt stehet / Lusti schöpfen / ehe es völlig von der Mutter kommt. Und wenn es gleich 4. lebendig zur Welt gekommen wäre / so folget doch nicht / daß es die Mutter AUS VORSATZ umgebracht habe, sondern es hat durch Verwahrlosung und culpa matris um sein Leben kommen können. So sind auch 5. alle von dem Medico und Chirurgo angegebene Indicia also beschaffen / daß eine Mutter durch unvorsichtiges Anfassen / Drücken und Ziehen dergleichen verursachen könne. Es scheinet auch 6. als wenn von der Inquisita nicht gesaget wer-

den kann

SI PULMO INFANTIS NATET.

27

werden könnte / daß Sie ihre Schwangerung verhelet / in dem Sie beständig aussaget: Sie haben nicht gewußt / was Ihr fehle / am wenigsten aber könnte man 7. von der Inquisitoria sagen: daß Sie <sup>50</sup> mit Willen allein / und ohne Hülfe anderer Weiber gebohren / wie doch Conf. Crim. Art. 131. erfordert/ deam Sie ist 8. in ihren ordinaires Vette / und nicht in loco solitario, darnieder gekommen / und hat ihrem Vorgeben nach / ein todes Kind zur Welt gebracht. Weil aber dennoch 9. inquisitoria im Hause / si das sie gebohren / Hülfe hat haben können / und dennoch nicht im Hülfe geruhen / so ist freylich von ihr zu sagen: daß sie mit Willen allein / und ohne Hülfe anderer Weiber gebohren. Hierzu kommt 10. daß inquisitoria daß Kind in das Bettstroh gesteckt / und heimlich begraben wollen / woraus abermahl eine schlimme præsumtion wieder inquisitoriam erwächst / daß Sie das Kind mit guten Bedacht umkommen lassen / damit ihre Schande verborgen bliebe. d. art. 131. Und ob gleich (11) dieses alles nicht nothwendig schlüßset / so ist es doch so probabel, daß ein Iudex dem Art. 131. <sup>52</sup> gemäß / solches contra inquisitoriam præsupponiren muß / bis sie mediante tortura, einanders darrhut. So ist auch (12) auf der schwimmenden Lunge / wann niemand dem Kinde / Wind in Hals geblasen hatt / so viel wahrzu nehmen / und sehr probable: daß das Kind / wenn ihm gebührende Hülffreischung geschehen / bey dem Leben hette erhalten werden können / weil es in partu, oder nach dem partu Lufft schöpfen können. Was aber (13) die übrige signa violentæ mortis betrifft / so vermehren solche gleichfalls den Verdacht contra inquisitoriam, und ist die unverbundene Nabel-Schnur vor

D 2

sich

28 CAP. II. DE EFFECTU JURIS

sich allein/ per se, & absolute lethal, daher es blos auf die Frage ankommt: Ob inquisita solche mit Fleisch / oder aus Unwissenheit nicht verbunden/ und bleibt so lange die præsumtio contra inquisitam, bis sie einanders erweiset/ denn Sie hette Hülfe rüeffen / und das Kind nicht verbergen sollen/ A. B. R. W.

34 Ultimo loco, circa hunc casum secundum moneo, quod dicta n. 40. 41. de uxore honesta, extensa velim etiam ad mere- tricem, si proberet, te non studio in loco solitario partum ex- clusisse, sed ad obstetricem mississe, anteqvam vero haec ad- venerit, solam partum edidisse, nec partum mortuum occul- tasse, torturæ subjici non posse, qvæ cestant indicia in *Conflit. Crim. Art. 131.* desiderata, sed si aliquod tubis dubium, jura- mento purgatorio, vel quod malum, territori torturæ locus erit. Inprimis qvoqve attendi meretur indicium: an partus fuerit perfectus & maturus, an vero videatur esse abortivus, per d. *Conf. Crim. art. 131.* ibi: ein Gliedmäßig Kindlein/ hoc est infans maturus, membris suis distinctus & maturus, ta- lis enim partus præsumitur iusto tempore, & vitalis in lucem editus esse. Berlich. p. 4. *Concl. 7. n. 28.* ibiqve alleg. Tusch: com. 6. lit. P. *Concl. 108. n. 4.* Classen. ad *Conf. Crim. Art. 131* fol. 478.

35 Restat nunc tertius effectus pulmonis natantis, si scil. præ- na imponenda sit extra ordinaria. Et hanc usqve ad fusi- gationem extendendam esse dixeris, qvia ex pulmone natante confitat, infantem vixisse, occultatione autem mulieris ex- spirasse, ex qva occultatione dolus præsumitur l. ult. ff. d. R.

37 N. Cum alij hoc casu plane capitis poenam imponant. Berlich. p. 4. *Concl. 7. n. 30.* & n. 24. refert præjud. in qyo Schabini Lip- sientes ad ultimum, qvoqve inclinarunt supplicium, licet mul- tier pertorturam obtinuerit, se ignorante suam graviditatem vid. d. præj. ibi: Sie habe aber nicht gewußt/ daß sie ein Kind getragen. Et in casufero simili, ad capitalem poenam inclinat Bruninem. in proc. inqvis. cap. 9. n. 72. ibi: Nescio an hoc et casu non possit supplicium capitale exponenti matri dictari, NB. hies intentio præcisè ad necandum non fuerit directa. Qva op- nio

## SI PULMO INFANTIS NATET.

19

nlo etiam Zierizio ad Conf. Crim. Art. 132. fol. m. 138. arridet.

Cum vero poena capitalis jam supra sit rejecta, eam nunc  
denovo non tractabo. Qvoad poenam fustigationis vero di-  
stinguo; an mulier intellexerit tempus partus instare, nec ta-  
men alias mulieres in auxilium vocaverit, qvo partum editum  
clam educare posset, an vero ignoraverit tempus partus ap-  
propinquare. Priori casu poenam fustigationis dictandam esse  
censeo, qvia gravida studio te contulit in talem statum, in  
qvo infans facile perire potest, ergo graviorem fustineat poe-  
nam, si infans re vera quoque perierit. Si enim nemo fauci-  
bus infantis spiritum immiserit, ex pulmone natante colligi  
turo potest, in tantem vel in partu, vel post partum adhuc vi-  
xisse, ex qyo porro concludas, infantem in vivis conservari  
potuisse, nisi omnibus mediis vitam conservandi ab impia ma-  
tre, privatus sit, sic in simili delicto, si mater infantem exponat,  
tempore vel loco periculoso, & infans re vera etiam mortuus  
sit, poena obtinet fustigationis, licet mater eo animo posuerit,  
ut infans vivus reperiatur, & ut aliorum infanti conciareti mi-  
sericordiam, quam tamen ipsa mater non habuit Finckelth. Obs.  
86.n.19.excell. Dn.Praefes in Syn.jur.prin.tit. ad L.Cornel.d.Sicar.  
n.25.Brunnen,in proi.inquis.cap.9 n.72, ubi sic pronuntiatum  
refert. Carpz. Qy.10. n.ii, ibique praj. Qvæ sententia ipsi  
Conf. Crim. Art. 132. conveniens, ibi: so soll man die Müt-  
ter nach Gelegenheit des gefährlichen Hinlegens/an  
Leib oder Leben straffen.

Nec est qvod objicias (1) propter solam culpam pre-  
nam corporis afflictivam decerni non posse L. Lege Cornelia  
7. ff. ad L.Cornel.d.Sicar, ubi homicidium per lasciviam com-  
missum, Mitt Kalber. Possent temporalitatum exilio puni-  
tur. Respondeo enim arbitria poenæ certo determinari  
non facile posse, sed ex circumstantiarum varietate vel acui,  
vel minui, sic ex ipso Carpzov. & Theodoric, multa adducere  
possem præjudicia, ex quibus liquet, in praxi, eriam in homi-  
cidio poenam dictari capitalem, si delinqvens, latam admi-  
serit culpam. Nec (2) in diversam me urget sententiam, qvod  
nunquam judex certus esse possit: an non aliud homo infantis  
spiritum inhalaverit, in dubio vero semper minor eligenda  
fit

D. 3



1730  
30

## CAP. II. DE EFFECTU JURIS,

sit pena; Repono namque illa, quæ facti sunt, nunquam à judice  
supponi posse, nec contra inquisitum, nec pro inquisito, alias pauci  
delinquentes ultimum sustinerent supplicium. Sic v.g. In homi-  
cadio inquisitus semper urgere posset, incertum esse, an non  
alius vulnus inflictum vel profundius vel periculosis redi-  
disset. Reste ergo Bohn. in Tr. d. Offic. medio. duplo part. 2. c. 6. fol.  
663, concludit: presumi non posse, hominem tam profundæ  
futurum esse nequitia, ut spiritum infanti inflare conetur, ad

64 inquitæ periculum struendum. Interim hoc dubium mor-  
rum admoneat judices, ut infantem recens repertum probe-  
custodiri curent, nec quenvis ad infantem, præcipue unicum  
solem admittant, eadem enim exceptio inquisitæ esse  
posset, si maxima in infantæ appareat laesio v. g. si tra-  
cta cervice inventus sit, se non fregisse, sed alium for-  
te post infantis mortem.

65 Si vero mulier in tortura  
obtineat se ignoras, se tempus partus instare, sed cogitasse:  
es würde sonst eine Krankheit oder Beschwerlich-  
keit seyn/ (siquidem multæ etiam honestæ matrone, in tem-  
pore partus edendi, imo in ipsa graviditate falluntur, aliae ve-  
ro tempore partus gesti, varii afficiuntur doloribus stomati-  
chi & ventriculi) & hac intentione ad locum solitarius pro-  
cesserit, ibidemque præter spem uterum excluderit, licet in-  
fans initio vixerit, sed culpa mulieris, quæ ei debito modo  
succurrere non potuit, extinctus sit, poena tantum relegatio-  
nis obtinebit vid. Carpzov. Qp. 111. n. 30 Suppono tamen par-  
turiente dum in loco solitario fuit, non facile potuisse  
alios advocare homines, si vero aliorum hominum copiam  
habere facile potuisse, tacuerit tamen, & sic dolose, mediis  
infantem conservandi, eum privavit, adhuc futiliganda, licet  
apum, infantem clam educandi, haberet.

66

## CAP. III.

DE  
EFFECTU JURIS, SI PULMO INFAN-  
TIS SUBMERGATUR  
**SUMMARIA.**

**A**N ex pulmone submergente mors infantis proberur, medici

CAP. III. DE EFF. JUR. SI PULMO SUBMERG.

non convenientur.	n. 1.	le m. occidi potest	n. 10. seq.
Icti ergo eligant missorem		Illustratur prejudicis T. Ctorum	
viam.	n. 2.		n. 12. 13.
Quia imperfecta probatio pro in-		Ad contrar. resp.	n. 14.
quisito admititur	n. 3. 4.	Efectum habet pulmosubmerg. sicut	
Ergo liberatur b. e. inquisitia a		alii indicis concurrat n. 15.	
tortura.	n. 5.	Leviorem quoque operatur tortu-	
Contraria sent. verior, si insans		ram item leviorem extraor-	
(1.) fuerit maturus.	n. 6.	dinariam.	n. 17.
Et mulier (2) parva celaverit.	n. 7. seq.	Dubium de difficultate parvus	
Et conceperit (3.) ex illegiti-		mortui removetur.	n. 18. seq.
mo contum.	n. 9.	An iudex omittere possit pulmonis	
Quia ante respirationem notabi		in aquam injectionem.	21. seq.

**P**ulmonem submergentem certum esse indicium  
infantem mortuum fuisse editum, excellentissimi  
statuunt medici, uti Cap. I. nos docuit, si quic-  
cum volunt pulmonem natare, si intans vel semel  
spiritum attraxerit, wann es gleich nur ein  
einzig mahl Athem geschöpft / & sic à contrario: si pul-  
mo submergatur, hatt es niemahls Athem geholet. Alii  
medici & physici iridem experientissimi directo contrarium  
docent: posse infantem per temporis spatium vitam conservare,  
& tamen notabiliter non respirare, vel potius graviorem  
aërem attrahere, imo ali etiam pulmonum submergentiam  
admittunt, licet infans notabiliter respiraverit. Qyam ergo  
Icti sequantur sententiam? Qyoties medici inter se disenti-  
unt, & in utramq; partem rationes probabiles & concludentes  
adducunt, rorores] Icti eligant sententiam mitiore, qvia in poenis be-  
nignior facienda est interpretatio c. 49. A.R. f. in 6to adeoque  
in dubio, novem potius nocentes à capitis poena absolvendi  
sunt, qyam unicus innocens ad mortem condemnandus  
est L. Absensem s. pr. ff. d. pan. l. z. C. a. bis qui latro.  
Sic permittitur inquisitor per modum defensionis, alios  
producere medicos, qui docent vulnus non fuisse lethali-  
le Carpz. Qd. 26, n. 47. quo effectu vero tāe quid fieret, si  
prioribus medicis, de lethaliitate testantibus, fides haberet de-  
beat, Sic in favorē inquisitorum, receptum dicunt: pro  
re

CAP. III. DE EFFECTU JURIS

rei innocentia & defensione unico testi etiam singulari plenam fidem haberi Carpzov. Qv. 33. n. 44. & Qv. 115. n. 75. plures vero medici, imo integræ facultates nostro casu, pro inquisita deponunt qvod ex pulmonibus fundum aquæ petentibus, sequatur; infantem mortuum esse in utero matris, &

4 sic ab inquisita occidum non esse. Si vero responderem: medicos id certo scire non posse, reponi mihi posset; atque in favorem inquisiti, ulterius receptum est: credi, telibus de credulitate deponentibus Carptz. Qv. 33. n. 42. quanto major fides tribuenda erit medicis, de credulitate, ex probabili & concludente ratione deponentibus.

5 Ex quibus aliosque colligas: ergo inquisita, ob pulmones in antis submergenies, à tortura liberabitur, ejusque assertioni & medicorum pro ea responsis dantis fides habenda erit, infantem mortuum inducem esse editum.

6 Speciosis tamen his rationibus non moveor, ut inquisita torturam remittam, si reliqua requisita, in Cons. Crim. Art. 131. desiderata ad torturam, adint. Si scilicet partus primo fuerit matrus, & quoad omnia sua membra perfectus, qvod medici potissimum judicare solent ex unguibus & cuticula vid. cap. I. 7 n. 12. in fin. secundo si mulier partum & graviditatem celaverit, nec mulieres, vel alios homines, quorum copiam habere poterat, advocaverit. C Cr. Art. 131. Nec admitto mulieris excusationem: si dixerit, se partum demum occultasse, & clam sepelire voluisse, postquam vidisset, infantem esse mortuum, idque fecisse honoris sui conservandi causa, cum mulieribus timor amittenda tamæ major esse debeat, quam metus mortis L. 7/ii. 8. §. 2. ff. qvod metu caus. Siqvadem honoris sui rationem habere debuisset eo tempore, quo stuprum vel fornicatio committenda erat, non vero postquam partum furtivum jam ediderat.

8 Et licet alias nemo se ipsum deferre, commisumque a sedelictum manifestare teneatur. Ziegler ad Lancell. L. i. Tit. 19. §. 6. ad vb. subscire non potuerit. Puffendorff, in Elem. iuri pr. L. i. def. 12. §. 33. Excellent Stryck. in eleganti. Disp. d. foro consignatio cap. 6. n. 157. qvæ Vol. 2. Disp. 12. continetur. Patitur enim hæc Thesis, limitationem, nisi delinquens racendo incurat sulphationem majoris delicti, vel si mavis, nisi lex ipsa manifestationem urgeat, ex occultatione vero presumat dolum, tale exem-

## SI PULMO INFANTIS SUBMERGATUR.

**E**xemplum in L. et aque 4. S. I. f. ad L. Aquit. ibi: ut tamen id ipsum cum clamore testificetur. Si ergo occisum occulteret, iurâ contra occisorem præsumunt, quod dolo occiderit. Simili ratione, in nostro casu, colligere licet; quia c. mulier partum editum dolosè occultat, contra hanc fœminam præsumitur, quod mortem infantis intenderit.

**T**ertium requisitum est, ut mulier non sit honesta, sed talis, quæ ex concubitu legibus prohibito, concepit, *Constit.* Crim. Art. 151. Ibi: Ihre geübte Leichtfertigkeit verborgen zu halten. ad quam claram uxor quoque referenda, quæ partum edidit, cum tamen maritus ultra decem menses ab ea ables fuerit vid. L. 6. ff. d. h. 6, qui sui vel alieni, jur. L. 3. §. II. ff. d. sua & legit. L. 29. pr. ff. d. lib. & post b. nisi levius fuerit excessus decem mensium, vel aliae circumstantiæ partum retardare valentes, concurrant. vid. pluribus Stryck. Tr. d. Success. ab Intest. Dif. 1. cap. 2. §. 17.

**H**is requisitis concurrentibus, torturam decernendam i. eenseo, licet pulmo infantis aquæ injectus submergatur. Quia admodum dubia illa quorū tententia: infantem recens editum, sine notabili respiratione & attractione externi aëris, plane vivere non posse, dubia ergo tententia quorundam non potest jus certum, in publica constitutione comprehensum mutare. Imo, me judice, longe probabilior est sententia <sup>II.</sup> Wittebergensis, Tübingensis, Gieslensis, & Marburgensis vid. cap. I. n. 30. seqq. infantem in ipso partu & mox post partum occidi posse, anteq̄uam notabiliter exteriorem attrahat aërem, si enim mox post partum fatus, vel os & nasum infantis comprimat, vel tegat mater, ut aërem graviorem infans attrahere non possit, pulmo fundum petet, licet mulier infantem dolosè occiderit. Idque tanto minus dubii habebit, si vera sunt, ut vera credo, quæ scripsit experientissimus Bohn, d. Offic. Medic. dupl. part. 2. cap. 6. de catulis recens natis, sed suffocatis vid. cap. I. n. 38. De experientia contraria quoque testatur integrum colleg. Med. Gisl. penes Valent in Pandect. Medic. part. 2. sett. 7. cas. 10. fol. 595 & integrum colleg. Medic. Marburgense ibid. fol. 598.

Quæ sententia etiam à J. C. Tis haec tenus comprobata est. Sic t. 2.

E

in



## CAP. III. DE EFFECTU JURIS

34

infantis clandestinè sepult, sed iterum eruti pulmones fundum petierunt, licet mater confessa sit, se ex infantis avia audivisse, eum vagivisse, qvod avia initio sua depositione confirmaverat, mox iterum negaverat. Hinc & mater, & avia ad torturam damnatae sunt, licet pulmones adfuerint submersæ gentes, integrum casum legere poteris penes Dn. Valentin. in pandet, medic, legal, part. 2. set. 7. eas. 8. fol. 570. seq. qvib[us] fol. 572.

13 alium adhuc recenset casum, qvod pulmo infantis fundum petierit, nihilominus, mulier torturæ subjecta vitalitatem affirmaverit & confessionem NB. subseq[ue]n[t]te morte confirmaverit. Simili modo à Scabinatu Liplensi, in casu oblatu pronunciatum, & inquisita iridem morte confirmavit depositionem, infantem vixisse, licet pulmones fundum petierint, teste Bohn. d. Offic. Medic. dupl. part. 2. cap. 6. fol. 669.

14 Ad rationes supra allatas respondeo: credi uni testi etiam qvandoq[ue] de credulitate deponenti, si veritas alia ratione, probari non possit, si vero, tantum jam legitimè probatum sit contra inquisitum, ut torturæ subjiciendus sit, unus testis, vel de credulitate deponens, nunquam inquisitum liberabit à torturâ, nisi alia circumstantiae concurrant.

15 Ut ut vero pulmo submergens non possit torturam tollere, aliquam tamen præsumptionem pro inquisita facit, qvæ, si ab aliis adhuc innocentia indiciis confirmetur, à torturâ plane liberare poterit inquisitam, vel accusatam. Cujus exemplum & præjudicium adduxit fœpe laudatus Bohn. in Tr. d. Offic. medie, dupl. part. 2. cap. 6. fol. 670. & 671.

16 Alium quoq[ue] effectum tribuo pulmonibus fundum pe-tentibus, qvod gradus torturæ mitigare debeant, qvia aliquam probabilitatem inquisita pro se habet, dum ut plurimum infantum, qui vixerunt, & libere aërem spirarunt, pulmones natare solent, ergo facilius iudex mulieri fidem habebit, si mulier, sub initium torturæ, cum omnibus circumstantiis narret, se infantem mortuum edidisse. Placuit mihi iudicium experientissimi & excellent Medicijenensis Dn. Wedelij, qvod in literis ad amicum expoluit: *Subsidia pulmonum in aqua, quoddam præbet signum, de infante in utero denato, non autem universale argumentum est, ut id refert Amman. in prævuln. leth. Dec. 6. Hisp. 1. fol. 419.*

Ia

## SI PULMO INFANTIS SUBMERGATUR.

In ipsa qvoque extraordinaria decernenda pœnâ mitiga-  
tio locum habebit, si mulier sub initium torturæ , constanter  
dixerit: se non habuisse animum occidendi, nec parvum vivum  
enixam esse, tali enim confessioni fides habenda est, cum ergo  
culpa mulieris reipublicæ non attulerit damnum, pœna qvoque  
mitior locum habeat. Equidem insignae dubium honesta mibi 17  
movere posset matrona, dicendo: experientiam haçtenus do-  
cuisse, infactam mortuum non æq; facile excludi, qvam vivum,  
si ergo mulier sine difficultate magnâ, & qvidem sola, sine au-  
xilio aliarum foeminarum parere potuit, præsumendum est,  
partum fuisse vitalem ; Verum responderem, delicatas matro-  
nas saepe non omnes intendere nervos, ad partum edendum,  
meretrices vero illas in summis animi angustiis constitutas, in-  
credibili nisi partum promovere. Quid vero homo in summo 19  
constitutus periculo possit, historien abunde docent, dum  
tempore incendii etiam mulierculæ tantum onus vel tra-  
here vel portare possint, qvod cœstante periculo, vix tres  
vel quatuor de loco in locum movere valent. Simili  
modo tempore incendii podagrâ laborantes , ut ut  
alias usum pedum non habuerint, prompte tamen curre-  
re, suamqve vitam conservare potuisse , legimus. Quid  
si etiam mulier in angustiis constituta, naturam fœtum mor-  
tuum expellentem, felici successe juvare posset. vid. Joh.  
Nic.Pechlin.Lib.3.Obs.22,circa fine ibi: *metu periculi, violentia,*  
*incendii, irruptionis, aliorumq; casuum mulios pedum usum rece-*  
*pisse. Rationē subiungit Obs.24.d.lib.3, sequentē: pebemens ejus-*  
*modi effusus mutat in rotum spirillum crasin, qvā mutata, etiam*  
*sanguinem novum induci habitum necesse est.* Hinc alii methodum  
per terrorem curandi morbos jactare aucti sunt, infelici tamen  
qvandoq; successu.

Denique adjicienda qvæstio : an iudex intermittere pos- 20  
sit pulmonis infantis recens nati injectionem in aquam ? mo-  
vet hoc dubium medicus Lipsiensis Dn. Amman in prax. euln.  
letb. Decad. 6. Histor. 1. in Cibrat. 8. ibi: *Si submersio pulmonum*  
*est signum infallibile mortui fretus, protrusi ab utero, cur*  
*non secantur à medicis ordinariis, ut bac ratione, infelices iste*  
*pue Pera liberentur à tortura.* Ut ut vero pro signo infalli-  
bili



36 CAP. III DE EFF. JUR. SI PULMO INF. SUBMERG.

bili foetus mortui non habeam, si pulmo fundum aquæ pe-  
tat, aliquid tamen operari pulmones natantes in cap. 2. & ali-  
ud operari submergentes b.c., docui, hinc sequitur: judi-  
cem hanc probam intermittere non posse. Quidam  
enim ulla ratione ad inquisitum vel gravandum vel exculan-  
dum facere potest, id judex ex officio curare debet actis  
inseri.

22 Alia quæstio est: an processus nullitatis accusari possit, si pulmo-  
num probam neglexerit? quod nego, nulla enim publicalex  
adest, quæ judici præcisam injungat necessitatem pulmones  
intantis recenti natu aquæ injicere, & hoc medio, indicia con-  
tra inquisitam militantia vel augere vel minuere. Et licet  
judex landanus non sit, qui experimentum hoc plane negli-  
git, non omnis tamen neglectus involvit nullitatem proelius,  
sed tantum neglectus illorum, quæ ad substantia pertinet,  
alias inquisitus, facili via, aliquid excegitare posset, cuius in-  
quisitio facta non sit, cum tamen sibi aliqua ratione, prodele  
potuisse. Magis adhuc dubia videtur quæstio: an facultas  
juridica, pulmonum injectionem ex officio mandare possit, ante-  
gram de tortura decernat? Affirmativa subscribereim, si pul-  
mones & dñc, sine maxima putredine, ex corpore eximi-  
possent, arg. I. 18. §. 9. ff. a. Question. Si minus, nihil certi in-  
24 volvet hæc injectio. Ex dictis denique, vel me tacente, in-  
telliges: injectionem pulmonum in aquam negligendam non  
esse, si inquisita vel ejus defensor injectionem urgeat. Si vero  
25 judex morosus defensoris petito deferre nollet, major dubita-  
tio foret, an inquisitæ, hoc casu, tortura si remittenda puto quod non,  
si omnia requisita ad sint Const. Crim. mitiore tam  
dictarem, judicemque punirem.

26 Hæc sunt quæ de pulmonibus, natantibus vel submergenti-  
bus adducere lubuit, quæ in nullius Jcti, nec medici, nec fa-  
cultatum medicarum præjudicium scripta volo, sed si in qui-  
busdam erravero, ingenuo errorem ~~facebo~~, & meliora edocer,  
hæc, sine ulla obstinatione, eligam, atque informa-  
toribus decentes agam gratias.

**FINIS.**

Rostock, Diss., 1704-05

ULB Halle  
004 505 76X

3



5b,

f





5.  
Pr. 32 num. 25.  
1705, 6<sup>a</sup>  
20

I. N. D. N. I. C.

**DISPUTATIO JURIDICA  
CIRCULARIS  
DE  
PULMONE IN-  
FANTIS NATAN-  
TE VEL SUBMER-  
GENTE**

SACROSANCTA TRIADE FAVENTE,  
ILLUSTRI JCTORUM ORDINE CONSENTIENTE,  
IN CELEBERRIMO AD VARNUM ROSETO,  
SUB PRÆSIDEO  
VIRI CONSULTISSIMI A<sup>Q</sup> EXCELLENTISSIMI

**DN. JOHANNIS JOACH.  
SCHOEPFFERI,**  
I.U.D. PROF. PUBL. FAMIGERATISSIMI, COMIT. PALAT. CÆSAR.  
ET CONSIST. DUC. CONSILIARII GRAVISSIMI,  
DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS, STUDIORUM<sup>q</sup> PRO-  
MOTORIS ÆTERNUM COLENDI, OBSERVANDI  
D. APRIL. MDCCV.  
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SISTIT  
AB INCLUTA HAC ACADEMIA ABITURIENS

**JOHANNES JOACHIMUS** *Röder*  
WISMARIENSIS.

KUNSTMUSEUM  
UNIVERSITÄT  
ZU KÖLN

Rostochi, Typis Joh. Wepplingi, SER. PRINC. & Acad. Typogr.

*Prof. Druckkunst*